



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput centesimum trigesimum quartum. Jesus moriens Patrem inclamat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

531

& in tempore vesperi erit lux. Et erit in die illa, exhibent aqua virgo de Ierusalem; medium earum ad mare orientale, & medium eorum ad mare novissimum in estate & in hyeme erunt. Et erit Dominus rex super omnem terram: in die illa, erit Dominus unus, & erit nomen ejus unum.

I. **Z**ACHARIANUM illud adjudicamus Christo Jesu; Eusebium auctorem, Christo Jesu connexione quidem postremorum quatuor Zachariae capitum luculenter supra de-
monstravimus. Istam vero sententiam sic Jesu applicat Eusebius: *Et erit in die illa, & seq.*
inquit Propheta, non erit lux, sed frigus & gelas; quippe qua nocte captus est Jesus, Prop. 9. cap.
frigus erat, teste Evangelista: *Stabant autem servi & ministri ad prunas, quia frigus erat,* 127. §. 5. & seq.
& calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus flans & calefaciens se. Quae deinde Euseb. Dem.
convertit in allegorianam, Judais proponitam fuisse dicens lucem ac tenebras, eosque libr. 10.
lucem tenebris postputasse: frigus vero illud, tarditatis eorum, ac in rebus divinis Joh. 18. 18.
supinitatis symbolum fuisse, quod & predixerat Christus: *Et quoniam abundavit ini-*
quitas, refrigeret charitas multorum. Pergit Propheta: *Et erit dies una, que nota est* Matt. 24. 14.
Domino, non dies, neque nex: & in tempore vesperi erit lux: quo tempore in crucem
actus est Jesus Christus, tantæ tenebrae obortæ sunt, ut dies nec esset, nec dici
posset, neque fane nox erat, quæ fit per occasum Solis; Sol autem medium tunc
orbem tenebat. Vesperi autem, post horam videlicet nonam, abscesserunt tenebrae,
& lux rursum affluit. Addit Zacharias: *Et erit in die illa, exhibent aqua virgo de Je-*
rusalem: quo Christi Jesu doctrina promulgatio & propagatio significatur; ipso Jesu
auctore: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in eternum:* sed aqua quam Joh. 4. 13; 14.
ego dabo ei, sicut in eo fons aqua salientis in vitam eternam. Subiicit demum Propheta:
Et erit Dominus rex super omnem terram: in die illa erit Dominus unus, & erit nomen
ejus unum: cui succinebant voces haecœlestes in Apocalypsi: *Factum est regnum hujus* Apoc. 11. 15.
mundi Domini nostri, & Christi ejus, & regnabit in secula seculorum. Jesus quoque apud Johan-
nem: *Fiet unus ovile, & unus pastor.* Juvat hanc interpretationem veterum Iudeorum Joh. 10. 16.
suffragium: nam in Bereith Rabba, & in Midraschoth Thehillim & Ruth, Messia tri-
buit hoc Zacharia caput. Nunc operum nostrorum esset, mirabilis huic Solis defectioni
conciliare fidem, non Christianorum solum Scriptorum, sed Ethnicorum etiam,
Thalli, Phlegontis, Tabulariorum Romanorum, & Sinensium auctoritate. *Quod quo-*
niam à nobis Propositione tertia abunde præstitum est, ad sequentia pergamus.

CAPUT CXXXIV.

Jesus moriens Patrem inclamat.

PSALM. 3. 2, & seq. Multi dicunt
anime meæ, Non est salus ipsi in Deo ejus
..... Voce mea ad Dominum clamavi, &
exaudiuit me de monte sancto suo: ego dor-
mivi, & soporatus sum, & exurrexi, quia Do-
minus suscepit me.

Psalm. 17. 7, 8. In tribulatione mea in-
vocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi:
& exaudiuit de Templo sancto suo vocem
meam: & clamor mens in conspectu ejus in-
troivit in aures ejus. Commota est, & conre-
misit terra; fundamenta montium conturbata
sunt, & commota sunt, quoniam iratus est
eis.

Psalm. 21. 1, & seq. Deus, Deus meus, re-
spice in me: quare mi dereliquisti? longe à
salute mea verba delictorum meorum. Deus
meus, clamabo per diem, & non exaudies;
& nocte, & non ad insipientiam mibi. Tu
autem in sancto habitat, laus Israël. In te

MATTH. 27. 46, & seq. Et circa ho-
ram nonam clamavit Jesus voce magna, di-
cens, Eli, Eli, lamma sabathani? hoc est,
Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti
me? Quidam autem illic stantes, & audientes
dicebant, Elias vocat iste. Et continuo cur-
rens unus ex eis acceptam spongiam implevit
aceto, & impofuit arundini, & dabat ei vi-
bere. Ceteri vero dicebant, Sine videamus an
veniat Elias liberans eum. Jesus autem ite-
rum clamans voce magna emisit spiritum.

Marc. 15. 34, & seq. Et hora nona ex-
clamavit Jesus voce magna dicens, Eloi,
Eloi, lamma sabathani? quod est interpreta-
tum, Deus meus, Deus meus, ut quid dere-
liquisti me? Et quidam de circumstantibus
audientes, dicebant, Ecce Elias vocat. Cur-
rens autem unus, & implens spongiam aceto,
circumponensque calamo, potum dabat ei di-
cens, Sinite videamus si veniat Elias ad

Xxx ij

PROPOSITIO IX.

ſperaverunt Patres nostri; ſperaverunt, & deponendum cum. Iesuſ autem emissa voce liberaſti eos. Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt; in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi. Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis. Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labiis, & moverunt caput, Speravit in Domino, eripiat eum; ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.

Psalm. 68. 1, & seq. Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aque uſque ad animam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Laboravi clamans, rauce fulta ſunt fauces mee: defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum. Multiplicati ſunt uper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati ſunt, qui perſecuti ſunt me inimici mei iuſte: que non rapui, tunc exoluebam.

Psalm. 87. 1, & seq. Domine Deus, ſalutis mea, in die clamavi & nocte coram te. Inret in conſpectu tuo oratio mea; inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquavit. Effimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adjuvorio, inter mortuos liber. Sicut uine- rati dormientes in ſepulcris, quoram non eſt memor amplius, & ipſe de manu tua repulsi ſunt. Poſuerunt me in lau inferiori; in tene- broſis, & in umbra mortis. Super me conſir- matus eſt favor tuus, & omnes fluctus tuos induxit ſuper me. Longe feciſti notos meos a me; poſuerunt me abominationem ſibi. Tra- ditus ſum, & non egrediebar; oculi mei lan- guerunt pre inopia. Clamavi ad te, Domine, tota die; expandi ad te manus meas. . . . Ut quid, Domine, repellis orationem meam, avertis faciem tuam a me? Pauper ſum ego, & in laboribus a juventute mea; exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus. In me transierunt ira tue, & terrores tui conturba- verunt me. Circumdecederunt me ſicut aqua tota die, circumdecederant me ſimil. Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria.

Psalm. 141. 1, & seq. Voce mea ad Domi- num clamavi, Voce mea ad Dominum depre- catus ſum. Effundo in conſpectu ejus oratio- nem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio; in defiendo ex me ſpiri- tum meum, & tu cognoviſti ſemitas meas. In via hac, qua ambulabam, abſconderunt la- queum meum. Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me. Periit fuga a me, & non eſt qui requirat animam meam. Clamavi ad te, Domine; diſci, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus ſum nimis. Libera me a per- fequentibus me, quia confor- tati ſunt ſuper

magna expiravit. Et velum Templi ſeffum eſt in duo, a ſummo uſque deorsum. Videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans expiraffet, ait, Vere hic homo Filius Dei erat.

Luc. 23. 46. Et clamans voce magna Je- ſus ait, Pater, in manus tuas commendo ſpi- ritum meum. Et hec dicens expiravit.

Ebr. 5. 7. Qui in diebus carnis ſue, pre- ces ſupplicationesque ad eum, qui poſſit illam ſalvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.

me. Educ de custodia animam meam ad conservandum nomini suo: me exspectant iusti, donec retribus mibi,

Thren. 3. 18. Et dixi, Perit finis mens & spes mea a Domino.

Tren. 3. 55, 56. Invocavi nomen tuum, Domine, de lacu novissimo. Vocem meam audiisti: ne avertas aurem tuam à singultu meo & clamoribus.

CAPUT CXXXV.

Jesu fel & acetum propinuantur.

PSALM. 68. 22. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.

Thren. 3. 5, & seq. Adflicavit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore: in tenebris collocavit me quasi mortuos sempiternos Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio Recordare paupertatis & transgressionis mea, absinthii & fellis.

MATTH. 27. 34, 48. Et dederunt ei vinum bibere cum felle misum: & cum gustasset, noluit bibere Et continuo curvans unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.

Marc. 15. 23, 36. Et dabant ei myrratum vinum, & non accepit Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei.

Luc. 23. 36. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei.

Joh. 19. 28, & seq. Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit, Sicutio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ore eius. Cum ergo acceperisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est.

I. Christo Iesu addicitur Psalm. 68. 22. II. Refelluntur argumenta Adversiorum. Primum argumentum. III. Secundum argumentum.

I. EX omnibus oraculis quæ in Veteri Testamento à Deo per Prophetas Christo Iesu addicitur, præcipua ea & ad fidem faciendam utilissima esse constat, Psalm. 68. 22: quæ res futuras, non per ambages, circuitionesque, sed nude & aperte prædicunt. Tale est, quod extat in sexagesimi octavi Psalmi commate vicefimo secundo, in quo queritur Christus sicuti sibi proponiatum fuisse fel & acetum. Id queri Christum ait: nam in septima Propositione, ex Scriptorum Veteris Testamenti consensu, & ex Aben Ezra suffragio patetfecimus, prænuntiata illic fuisse Christi mysteria. Tum quæ à nobis ibidem adjectæ sunt Evangelistarum & Apostolorum testificationes, manifeste evincunt in Iesu eadem hæc ad eventum pervenisse. Jure igitur nostro agimus, inhumanam & amaram propinuationem ad eum quoque referentes, quam in ipsius historia Evangelistæ diftere commemorant. Ut ut enim oblique, & κατὰ γῆν ad Davidem referri ista possunt (quod profecto non negamus, cum communis inter Judæos adagio locutionem hanc tritam fuisse sciamus) tam apposite tamen, tamque apte hunc Christi casum exprimunt, ut non temere, nec auctoritate contigilis putandum sit. Notabile est quod legitur in Midrasch Ruth, sermonem nempe illum Booz ad Ruth: Quando hora uescendi fuerit, veni huc, & comedere panem, & intinge buc. Ruth. 2. 14: cellam tuam in aceto, futurorum Messiae casuum symbola continere: ac verba quidem ista, Veni huc, id sibi velle, Veni ad regnum: panem deinde illum, panem esse regni: intinctum vero offar in ætum, Messia contumelias & tormenta notare. Igitur cum toto Psalmo Messiam prænuntiari fateantur Judei, quæ vero hoc speciatum continentur commate, tormentorum Messia notæ sint & indicia; atque eadem deinceps in Iesu χριστῷ exitum habuissent Evangelica doceat historia, equidem non video quo rationum colore uti possint, si qui oraculi hujus fidem elevare audeant: cum præsertim constet inter omnes omnino Interpretes, frustra recurri ad allegoriam;